

## PRESENTACIÓN DE *MANE LATINUM MALACITANUM*

JOSÉ MARÍA CASTILLO ASECIO

[josecasen@hotmail.com](mailto:josecasen@hotmail.com)

IES Fuente Lucena, Alhaurín el Grande (Málaga)

LOURDES DELGADO FERNÁNDEZ

[itiliadlw@hotmail.com](mailto:itiliadlw@hotmail.com)

IES Felipe Solís Villechenous, Cabra (Córdoba)

ANA CRISTINA GÁMEZ MÁRQUEZ

[anacgamezmarquez@gmail.com](mailto:anacgamezmarquez@gmail.com)

IES Valle del Sol, Álora (Málaga)

GEMA NAVARRO SÁNCHEZ

[gemanavarro@hotmail.com](mailto:gemanavarro@hotmail.com)

IES Ostippo, Estepa (Sevilla)

ALBA POZUELO LOBILLO

[alba.pozuelo.lobillo@gmail.com](mailto:alba.pozuelo.lobillo@gmail.com)

Universidad de Málaga

### Compendium

Haec verba scripta sunt ut nostrum Circulum Latinum, mense Decembri anno 2015 Malacae institutum, ostenderent. Semel in mense mane diei Solis convenitur, hac de causa *Mane Latinum Malacitanum* nominatur. Circuli sodales sumus Linguae Latinae et Graecae magistri atque discipuli, qui non solum consilia et auxilia ad linguam Latinam loquendam atque docendam partimur sed etiam cultu Graeco Romanoque per textus et imagines delectamur. Praeterea, eos qui hanc linguam et humanitatem amant, hortamur ut in Circulum nostrum conveniant.

### Claves

*Malacae Circulus Latinus, Latinitas viva, Latine loqui.*

*Thamyris, n. s. 10 (2019), 411-416*

### Abstract

The present text has been written for the purpose of showing our current Circle of Latin language users. It was founded at Malaga on December 2015 and meets on Sunday morning once per month, therefore we call it *Mane Latinum Malacitanum*. The group is composed of teachers and students of classical languages who exchange tips and ideas about how to teach living Latin as well as enjoy Greek and Roman culture through texts and art. We encourage people with the same passions to join to our group thereby making it bigger and more interesting.

### Key words

*Malaga Latin Language Association, Living Latin, Latin spoken.*

#### 1. EXORDIUM

Vos adimus, cari sodales, ut certiores faciamus de nostro Circulo Latino Malacae condito anno 2015, qui Mane Latinum Malacitanum nuncupatur. Conformatus est a discipulis et magistris linguae Latinae qui semel in mense Solis die mane, unde venit nomen Circuli, ad linguam Latinam colendam convenimus.

Sicut in rete patet, in animo nostro est fovere hoc studium cum omnibus qui linguam Latinam et Latinitatem amant. Latine loquimur primum ut facilius auctores legamus et intellegamus; praeterea quod lingua Latina in scholis nostris loqui valde utile est; postremo quia hoc modo modeste adiuvamus eam linguam et eam humanitatem quae nostram linguam et humanitatem nostram effinxerunt.

#### 2. AD QUEM SCOPUM CONVENIMUS?

Sive magistri sive discipuli vel philologi, qui Mane Latinum Malacitanum conformamus docendi rationibus activis, ut dicamus, utimur et linguam Latinam vivam usurpamus. Qua de causa condere circulum oportebat, nam ad quadam lingua melius loquendum eam linguam exercere opus est. Itaque hic Circulus ad loquendum Latine nascitur.

Colloquendum est inter nos Latine ab initio usque ad finem conventus: a salutatione cum pervenimus, usque ad res quotidianas et quaestiones de textibus quos tractamus.

Praeterea, fere omnes magistri sumus et qui nondum sunt, mox erunt. Ob eam rem Circulus quoque est optimus locus ubi de rationibus docendi colloqui, consilium et auxilium collegarum petere aut exercitationes inter lyceos perficere fieri potest, ad exemplum epistularum commercium inter discipulos.

In proximum etiam in animo habemus utilia scholis nostris facere, exempli gratia Caesaris vocabularium more Ørbergiano confectum. Ergo hic Circulus non tantum opportunitatem loquendi Latine nobis dat, sed etiam discipulis nostris favet.

### 3. QUID TRACTAMUS IN CONVENTIBUS?

In duobus annis Circulus noster congregatus est duodeviginti temporibus. Primum de nobis et de scholis nostris loqui solemus. Postea textus Latinos legimus, sive aptatos sive eodem modo in quo ab ipsis auctoribus scripti sunt.

Placet legere de Mithologia, itaque iam fabulas Orphei et Euridices, Pyrami et Tisbes, Minois atque Daphnes tractavimus. Sed etiam Historia Romana nos delectat, qua de causa de Titi Livi Lucretia atque de eruptione Vesubiana a Plinio narrata legimus. Cum personis Plautinis Sosia et Amphitruone ridimus; terrificis autem fabulis de viro in lupum verso et de strigiis Petronius nos terruit; ab Aulo Gellio de variis rebus disertante multa didicimus. Aliquando Ovidianae Penelopes verba poetica audivimus, aliquando res graviores: Lucretius de amore, Cicero de amicitia, Seneca de senectute in nostro Circulo locuti sunt.

Sed non tantum legere, etiam nos ipsos scribere dialogos oportuit, ut nova verba ad quasdam fabulas nubeculatas dederimus. Hoc exercitium multum placuit et utilissimum ad linguam Latinam docendam nobis visum est.

Denique aliquid de lustrationibus dicere opus est. Bis simulacra atque tabulas pictas Musei Civitatis Malacitanae et magistris et discipulis linguae Latinae a membris Circuli nostri Latine explanatae sunt.

### 4. CIRCULUS NOSTER IN RETI

Et in Twitter (@MLMalacitanum) et in Facebook (Mane Latinum) locus retialis est nobis et etiam paginam in WordPress (<<https://>

[mlmalacitanum.wordpress.com/](http://mlmalacitanum.wordpress.com/)>) habemus ut omnes omnia quae in circulo accidunt scire possint.

Si quis voluerit scire quid in sessionibus Circuli fecerimus, navigare in omnes paginas nostras potest temporaliter sicut in Twitter et Facebook, sed fortasse melius esset in paginam nostram apud Wordpress adire, nam licet hoc modo visitatori omnia non ordinatim aspicere legereque.

In his locis apponere solemus photographemata quae excerptuntur in variis sessionibus, pelliculas vel podcast quae a nobis utuntur et etiam nonnullas imagines auxilium nobis ferentes ut melius textus intellegamus vel pensa faciamus.

#### 5. VENITE IN CIRCULUM MANE LATINUM MALACITANUM!

Iam sodales, melius amicae, multa de hoc Circulo dixerunt. Eas de praeteritis conventibus et de fine et utilitate et etiam de praesentia in Interrete loquentes audivimus. Ergo, quid dicam? Quid novi addere possim?

Primum hoc mihi dicendum est: si cupidi Latine colloquendi estis, si vobis de textibus Latinis cum aliis disputare placet, si vos alios homines linguam Latinam amantes cognoscere vultis, iam scitis ostium Circuli nostri apertum esse. At si procul a Malaca habitatis et hac de causa Mane Latinum Malacitanum frequentare non licet, novum Circulum instituere potestis.

Postremo, tantum hoc dicam: nolite timere! Nos omnes Latine loquendo menda facimus, sed proficiscimur, sed Latina lingua loqui pergimus. Itaque, ad conventus Circuli sine metu venite, amicae et amici!

#### 6. EN OTRAS PALABRAS

El propósito de nuestra comunicación es dar a conocer el Círculo Latino fundado en Málaga en diciembre de 2015 que puntualmente se reúne un domingo al mes en horario de mañana, de ahí su nombre, *Mane Latium Malacitanum*.

Formado por profesores y estudiosos de las lenguas clásicas, la mayoría de las sesiones de nuestro Círculo han estado dedicadas a la lectura de textos de autores latinos de diversas épocas y géneros

literarios, seguida de propuestas para su aprovechamiento didáctico, como pueden ser la resolución de ejercicios sobre léxico y gramática que ayudan a comprender mejor el texto, o bien juegos de adivinanzas, descripción de imágenes, reescritura de diálogos de cómics y otros recursos para fomentar la capacidad de hablar y escribir en latín. Asimismo, también hemos realizado visitas guiadas en latín al Museo de Málaga, de las que se han hecho eco varios medios de comunicación de difusión provincial.

Así pues, el Círculo cumple una doble función: por una parte, brinda la oportunidad de hablar y escuchar latín, puesto que esa es la lengua en la que nos comunicamos, al tiempo que ahondamos en el conocimiento de los autores latinos; por otra, es un marco donde intercambiar experiencias didácticas y debatir sobre cuestiones relativas a la enseñanza de las lenguas clásicas.

Nuestro trabajo en el Círculo queda reflejado en diferentes páginas de internet, que cualquier interesado puede visitar. En ellas solemos colgar fotografías de las sesiones, así como vídeos, podcast o imágenes que nos ayudan a entender mejor los textos y a realizar los ejercicios. Estas páginas son las siguientes:

- En Twitter: @MLMalacitanum
- En Facebook: Mane Latinum
- En WordPress: <<https://mlmalacitanum.wordpress.com/>>

Con la presentación de *Mane Latinum Malacitanum* en este encuentro nos gustaría animar a todos los interesados a que asistan a nuestras sesiones o, si Málaga les queda demasiado lejos, a que funden otros círculos donde el latín —o el griego— sirvan de vehículo para el estudio del mundo antiguo.

The screenshot shows a web browser window with the URL <http://mmlacitanum.wordpress.com/>. The page title is "Mane Latinum Malacitanum". A navigation menu shows "Home / Contact". The main content area features a large background image of ancient Roman ruins, including a prominent stone amphitheater. Overlaid on this image is a white box containing the following text:

**ATRIVM**

BY MANE LATINUM MALACITANUM | [LEAVE A COMMENT](#)

Salvete omnes Latine loquentes! Bene veniatis in circulum nostrum!

Mane Latinum Malacitanum est grex ex discipulis magistrique conformatus qui semel in mense conveniunt ad linguam Latinam exserendam Malacae.

On the right side of the post, there is a search bar with the text "Search..." and a magnifying glass icon. Below the search bar is a section titled "FOLLOW BLOG VIA EMAIL" with the text "Enter your email address to follow this" and a "Close and accept" button.

At the bottom left, there is a small "Privacy & Cookies" notice: "This site uses cookies. By continuing to use this website, you agree to their use. To find out more, including how to control cookies, see here: [Cookie Policy](#)".